



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 80. Synodi Decreta a Commendono Regi tradita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

ficultates partim ob hæreticos; utpote Sæcul. XVI.  
 potentissimos, partim ob Gnesuensem Ar- A.C. I 64.  
 chiepiscopum nonnisi turbandis rebus  
 intentum offendebant, ut tutissimum  
 fore arbitrarentur, si seorsim cum Rege  
 agere, eique soli hoc volumen porrigere  
 possent: Verum hoc minus honorifi-  
 cum videbatur, ac dubium remanebat,  
 utrum absque repugnantia Regnum hæc  
 decreta acceptaret, si ea haud consulto  
 Senatu duntaxat Regi traderentur, a-  
 liunde vero, si res in Senatu propone-  
 retur, timendum erat, ne multi vehe-  
 menter sese opponerent, ac hæretici  
 tantum efficerent, ut nonnisi ambiguum,  
 vagumque responsum redderetur, quo  
 Synodi æque, ac Pontificis auctorida-  
 tem eluderent.

§. LXXX.

*Synodi Decreta a Commendano Regi  
tradita.*

In hoc ambiguo rerum statu tandem Pallav. 65  
 ambo concludebant, hoc volumen Grat. l. v.  
 aut simul Regi, ac Senatui esse exhi-  
 bendum, aut neutri tradendum. Ar-  
 repto hoc consilio Nuntius omni, qua  
 potuit, celeritate profectus magnis iti-  
 neribus Regem Varsoviæ in Lituaniæ  
 finibus convenit, ubi tum hic Princeps  
 Regni sui comitia celebrabat: quam-  
 primum igitur Commendonus advene-  
 rat,

*Hist. Eccles. Tom. XLVII.*

T rat,

Sæcul. XVI.  
A.C. 1564.

rat, mox Regem adibat, antequam quicquam aggrediebatur, aut rem cui-  
cunque demum manifestabat; vereba-  
tur enim, ne Ucangio, ac hæreticis  
contra se clandestina cudendi consilia  
spatium præberet: igitur quantocius  
clam cum Rege confert, eumque suæ  
opinionis propitium reddit, remque eo  
adigit, ut Rex ei eadem adhuc die  
publice in Senatu perorandi faculta-  
tem daret; eapropter idem Rex Com-  
mendationum rogabat, ut paucis momen-  
tis in ejus cubiculo expectaret, donec  
ipse Senatum ingressus esset, paulo post  
autem Rex duos Senatores ad illum  
ablegabatur, qui eundem ad conventum  
tum jam sat numerosum conducerent.

## §. LXXXI.

*Commendoni oratio in pleno Senatu  
habita pro Synodi promul-  
gatione.*

*Grat. Pall.  
l. cap.*

Ergo ad Senatum introducitur Com-  
mendonus, moxque sermonem suum,  
qui ab omnibus cum maxima atten-  
tione excipiebatur, exorsus rationes  
proferebat, propter quas summus Pon-  
tifex Synodum Oecumenicam convo-  
casset: insuper carptim de illius initio,  
progressu, atque celebris hujus con-  
ventus exitu differens demonstratum  
ibat,